Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Sanctus Leo: de passione Domini

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

cui renuntiauerint. & qua professione iu
gum a se tyrannicę dominationis excus-
serint. nec in secundis quisquam nec in aduer
sis ad mortiferum diaboli
currat auxilium; ille enim mendax ē
ab initio & in sola uiu& arte fallendi.
ut humanam ignorantiam
falsę conscientiae ostentatione de
cipiat. sitque eorum nunc malig
nus inpulsor. quorum post futu
rus est inprobus accusator. Anni
uitę nostrae. & actionum tempora
lium qualitates. nec in natura ele
mentorum nec in stellarum effectib;
sed in summi & ueri dī potestate consis
tunt; cuius auxilium & misericordi
am in omnibus quaerere cupimus.
implorare debemus; sicut enim illo
quod debrit offenso. nihil est p̄ter
ipsum quod nob ualeat suffragari.
ita eodem propitio. nulla nobis noce
bit aduersitas; qm̄ si dr̄ pro nobis.
quis contra nos qui filio suo proprio
non pepercit. quomodo non & iam cū illo
omnia nobis donauit. qui uiuit & regn

ITē SCI LEONIS DE PASSIONE DNI;

Sermonem dilectissimi de gloriosa dn̄i
ihu xp̄i passione p̄missum. ita expecta
tioni uestrę intellego esse reddendū. LVIIII.
ut officiū disserendi & festo paschali ser
uiat. & auribus impu
erroris occurrat; qui enim dī filium.
ueram nostrae carnis negant susce
pisse naturam. inimici sunt fidei xp̄i
anę. & euangelicā p̄dicationem nimis
inprudenter inpugnant. ut secundū
ipsos crux xp̄i. aut simulatio fuerit
fantasmatis. aut supplicium deitatis;
quod a cordibus piorum longe est re
pellendum. quia catholica integritas.
nec maculam p̄ se sicut nec rugam potest
habere mendacii, quę unum xp̄m sic dm̄
sic hominem confitetur. ut nec falsū
hominem. nec dm̄ dicat fuisse passibi
lem; quam uis ergo ab illo initio
quo in utero uirginis uerbum
caro factum est. nihil umquā inter
diuinam humanamque substantiā
diuisionis extiterit. & p omnia incre
menta corporea. unius p̄sonę
fuerint totius temporis actiones.
ea ipsa tamen quę inseparabilit
facta sunt. nulla p mixtione con
fundimus. sed quid cuius naturę sit.
ex operum qualitate sentimus; Nec di
uina enim humanis p̄iudicant.
nec humana diuinis. cum ita in id p̄ū
utraq; concurrant. ut in eis nec p
pri&as absumatur. nec p̄sona gemi
n&ur; Transcursis igitur his que pas
sionem dn̄i p̄cesser. quid de documentorū
habeat sacramentū paschale. tradetur;

Nam exardescente ad affectum sui
sceleris sevitia iudeorum. cum deus esset
in Christo mundum reconcilians sibi nulla
uis templo corporis eius nisi permitteret
potuisset inferri; siquidem terribilis
illa militum cohors. et a principibus
ac pharisseis missa cum gladiis et fustibus
multitudo. ita una domini uoce perculsa sit.
ut cum turbe dixissent ihesum sequerere
nazarenum. Respondissetque ego sum.
nemo eorum subsisteret. sed omnes
simul amisso membrorum officio.
Retrorsum acti elisique corruerent;
In quo utique diuine erat potestatis
indicium. que impiorum conatus.
non armis contrariis. neque illius
creature potentis auxilio. sed sola uer
bi uirtute prosterneret; qui a uero sal
uando humani generi. alterius operis
ratio congrueret. nec posset sanguis
Christi pretium credentium fieri. si redemp
tor se non sineret comprehendi.
admisit in se impias manus. et cohibita
est potentia deitatis. ut proueniret
ad gloriam passionis; cuius utique
inanis fuisset species. et nulli pro
futura imago tollerantie. nisi uera
diuinitas. ueritate humane carnis
sensibus induisset. et unus dei
atque hominis filius. aliunde inte
merabilis. aliunde passibilis. mortale
nostrum. per suum inmortale renouaret.
et ideo mestitudine. ideo formidine non ca
rebat. ut eos qui incenderet huiusmodi
perturbationes. non solum sacramento nos
susceptionis. sed etiam exemplo fortitu
dinis roboraret; Nam iniusta uideret
eius esse patientiae cohortatio. cui nulla
esset in nostra infirmitate communio.
ueras autem domini passiones. esa
ias propheta ipsius uoce prenuntiat
dicens, Dorsum meum dedi in flagella.
et maxillas in palmas. uultum autem meum.
non auerti a confusione sputorum;
quod itaque uerbi caro patiebatur.
non uerbi erat poena. sed carnis. cuius
iniuriae atque supplicia. etiam ad in
passibilem redundabant. ut merito ei
dicantur inlata que in ipsius sunt
corpus admissa; dicente apostolo; si enim
cognouissent. numquam dominum maiestatis
crucifixissent; obcecati enim iudei
malitia sua. in quod prorupissent
facinus nesciebant; unde misericors
ihesus. qui etiam interfectores suos. uellet sua
morte saluari. pro ignorantia seuien
tium de crucis altitudine supplicabat di
cens; pater ignosce illis. non enim sciunt
quid faciunt; Nec intellectu enim cordis
nec auditu aurium. nec oculorum intuitu
sentiebant. quem falsis testimoniis ap
peterissent. quem affigi patibulo coegis

sent; Dum incorpore hominis non ag
noscunt substantiā deitatis; uiderunt
humilem & non adorauerunt auctorem
uniuersitatis. nec intellexerunt potes
tatem iudicaturi. despicientes mansue
tudinem iudicati; ut psecutores ueri xpi.
& negatores ueri hominis. impi&ar una
sociare&. dum serui formā in xpo & iudei
estimant solam. & heretici asserunt
falsam; Dicant ergo isti phantastici
xpiani. que substantia saluatoris adfi
xa sit ligno. que iacuerit in sepulchro.
& reuoluto monumenti lapide. que tertio
die caro surrexit. uel quale corpus ihs
discipulorum uisui. clausis ad eos hos
tis ingressus intulerit; cum ad abi
gendam cernentium diffidentiam.
inspici oculis digitisq; tractari. paten
tes adhuc fixuras clauorū. & recens
conpuncti lateris uulnus exigere&;
At si in tanta luce ueritatis. tenebras
suas heretica obduratio non relinquit;
Ostendant. unde sibi spem uite polli
ceantur aeternae. Unde resurrec
tionis xpi. credant se esse consortes;
non enim possunt cum apostolo di
cere. xps resurrexit a mortuis. pri
mitie dormientiū. quia non sunt primicie
hominū. si non sunt de humane stirpe nature;
quem primus omniū resurrexit. eius ple
nitudinis est portio quam pcessit.

& precreditur hoc. quod est in capite incho
atum. in menbris qq; esse complendum;
quia sicut in adam omnes moriuntur. ita
& in xpo omnes uiuificabuntur; Amplec
tentes igitur dilectissimi. xpiane spei
unicum pignus. non diuellamur a compa
ge corporis xpi. in quo habitat sicut apos
tolus ait. plenitudo diuinitatis corpora
liter. & estis in illo repleti; Nam cum incor
porea sit substantia dī. quomodo corpo
raliter in xpo habitat. nisi quia caro nrī
generis. facta est caro deitatis; & in illo
sumus dō repleti. in quo crucifixi. in quo
sepulti. in quo sumus etiam suscitati; ut
possimus cum apostolo dicere; nra autē
conuersatio in celis est. unde etiā salua
torem expectamus dnm ihm xpm. qui re
formauit corpus humilitatis nrāe. con
forme fieri corpori glorie suae. uiuens
& regnans cum patre & cum spū sco
in secula seculorum; Amen; CII.

FER. IIII SERMO BEATI LEONIS
PAPAE DE PASSIONE DNI;

IIII Sacramentū dilectissimi dominice pas
sionis. in salutem humani generis an
te tempora aeterna dispositum. & p
multas significationes omnibus re
tro seculis nuntiatum. non adhuc ex
pectamus manifestandum. sed iam
adoramus impletum; concurrentib;
ad eruditionem nrām & nouis testimo